

sistentia, quod dum fluit, continuitatem non abrumpit, ex decoctis plantarum cum melle, vel saccharo eliquato, ad crassam mellis consistentiam, ad custodiam eius coctum.

Veteres loco syrporum succis radicum, herbarum & fructuum, quos melle componebant, vñi sunt, vt videre est apud Galenum b. Apud Ægine-

<sup>b de compo-</sup>  
<sup>sitione med.</sup>  
<sup>naturæ tónus.</sup> tam c & Aetium d multa sunt eiusmodi, quorum

alia dicuntur propomata; alia potiones suaves, a-

lia potiones utiles. Propomata, προπόματα, erant

c lib. 7. c. 15. dulces prælibationes ex e vino & melle apparatæ:

d tetrab. 3. Vel vt plurimū, vina medicata, aromatib. herbis,

serm. I. c. 30. radicibus condita, vt videre est apud Myrepsum f.

e Athan. qui confectiones varias proposuit, sic dicta, quia

lib. 2. instituta erant, vt ceteris cibis præpotarentur, quo

Plutarch. lib. 8. synop. appetitum excitarent. Quare vina factitia Trallia-

quest. 9. nus propomata vocauit.

f sect. 38. à cap. 46. ad

71. Potiones vero utiles & iucundæ, vt scribit Ægi-

neta, fiebant ex succis vna cum melle, nec vinum

miscebant, quia in febricitantibus vtebantur. Fie-

bant ex succis pomorum, prunor. cerasorum; in

summa ex omnibus succis fructuum dulcium &

suauium.

Iuuenti fuere syrapi tribus potissimum de causis. Primo cum necessum sit in morbis præparate, alterare, roborare, nec quoquis anni tempore herbas vel earundem succos habere liceat, vt possint conseruari, syrapi iuuenti sunt: dein quia saepe affectus præparationis moram ferre non potest: tum vt medicamenta sint suauiora, quare melle & saccharo condiuntur. Sunt autem duplices: Alii simplices, qui usuales Practicis dicuntur: alii compositi, qui magistralles appellantur.

Simpli-